Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

& ostendam tibi sponsam uxorem agni. idem manifestabo tibi
qualis nunc sis per fidem. & qualis postea futurus es cum ad di
ueneris contemplationem. Duo autem dicit sponsam & uxorem
quia sicut superius dictum est quem nunc est sponsa per fidem & di
lectionem. erit uxor cum ad amplexus sui peuenerit uiri.
Vir enim ecclesie dominus est. Vnde salemon. Honem uir in domo sua.
Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum. Hic mani
feste ostendit. quia iohannes non corporeis oculis hanc intuitus est
uisionem sed spiritu. hoc est mentis oculis ad contemplanda ce
lestia mysteria est eleuatus. Mons magnus & altus in quo dicit
eleuatum xpm intelligitur. de quo daniel. qa lapis percussus est ceta.
Ipse quoq; de se ipso dicit. Non potest ciuitas abscondi. supra
montem posita. Magnus est mons quia totum mundum replet. alto
quia ita est homo ut sit etiam uerus dominus. Quamobrem quia angelus
& mons xpm est. & in iohe ecclam intelligitur. angelus iohem in
montem ducit. idem xpm ecclam suam. super semetipsum construit.
Recte quoq; xpm & angelus & mons. dicitur. quia numquam ecclesie apparens
ad celestem patriam electos inuitat & ipse eandem ecclam. supse
portando ad celestia subleuat. Et ostendit michi ciuitatem
sanctam iherlm descendentem de celo a deo. habentem claritatem di.
Ciuitas ecclam est dim habens habitatorem. Quem sancti dicit. quia cot
tidie per baptismum sanctificat. Hierusalem. quia ad hoc laborat ut
ad uisionem patrie celestis peueniat. De celo descendit quia
omne qd habet bonum celitus datum est illi per dei gratiam. Vel etiam
sicut supra dictum est. in capite suo descendit de celo. quia eam
in utero uirginali coniunxit. Claritatem dei habens. quia a fi
lio dei illuminatur. qui illuminat omnem hominem uenientem
in hunc mundum. Vnde ipse dicit. Ego sum lux mundi. Vnde
sequitur. Et lumen eius simile lapidi pretioso. tanquam lapidi
aspidi. sicut christallum. Lumen ecclesie xpm est. qui bene similis